N°. 6.

Auctorum Historiae Ecclesiasticae Graecorum deperditorum Fragmenta.

Sono 3 quaderni cuciti insieme; totale pag. 59 numerate.

Auctorum historiae ecclesiasticae graecorum deperditorum fragmenta. 55.

Auctorum Historiae ecclesiasticae Graecorum deperditorum Fragmenta. — 59 pp

Philo Rhetor, et Philosophus.

Ecclesiasticam Philonis cujusdam Philosophi Historiam laudat Michael Glycas, et ex ea nonnulla profert, ex quibus de Philonis illius ętate vix quidquam colligere licet. Ut in re tam obscura conjecturis indulgeat, vir doctissimus Guilelmus Cave, suspicatur Philonem a Michaele Glyca laudatum, eumdem esse cum celebri illo Philone Carpasio, sive Carpathio, qui saeculo quinto ineunte viguit. Porro hic Philo, Rhetor dicitur a Polybio Episcopo in vita S. Epiphanii: ἦν δέ τις κληρικὸς ἀπὸ Ῥητόρων, τοὔνομα Φίλων = Erat autem quidam e Rhetoribus Clericus, nomine Philo. = De antiquis autem Ecclesiae Rhetoribus, eorumque sacras litteras, et Ecclesiasticam historiam tradendi munere plura disserit Cave, qui idcirco Philoni Carpathio Ecclesiasticam historiam tribuere non abs re judicat. Neque hanc conjecturam improbandam nobis censeo, nisi apud Glycam, pro: Φίλων, legere malimus: Φίλιππος = Philippus =, Sidetes scilicet, de cujus Ecclesiastica historia postea dicam. Hic sane cum Julianum Apostatam impugnaverit, philosophicis argumentis nec necessario uti debuisse videtur + ideoque philosophi nomen, non male illi congrueret. Philonem Carpathium memorans, nonnisi ejus Commentarium in Canticum Canticorum memorat nominat Suidas,

+ ac praeterea Philosophiae cognitionem ab eo jactitatam expresse notat Socrates;

de Ecclesiastica Historia verbum non ha=
bet. Φίλων Καρπάθιος, ait, ἔγραψεν ὑ=
πόμνημα εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων
= Philo Carpathius, scripsit Commentarium in
Canticum Canticorum. = Sed ecce jam

+ Ex Michaelis Glycae Annalium Parte 4.

Fragmentum Historiae Ecclesiasti=
cae Philonis Philosophi: +
[Glyc. pag. 218.]

In Ecclesiastica Philonis Philosophi
historia reperitur, persequutionem tempore,
a comm Episcopum quemdam a communione
presbyterum separasse. Qui cum negotii cujus=
dam caussa, aliquo profectus esset, ab Ethni=
cis comprehensus martyrium pertulit. Tem=
plum ¿ Illi igitur templum eo in loco con=
ditur, encaenia celebrantur. Atque ubi Epis=
copus dixit: Pax cunctis; urna e templo egres=
sa est, idque bis, et pluries contigit. Inspe=
ctus ab Episcopo martyr, abito, inquit, et
da operam ut Episcopus meus huc adce=
dat, meque dissolvat. Sacris enim me exclu=
sit, vobiscum igitur sacris interesse nequeo.
Et martyrii quidem coronam obtinui, sed fa=
ciem Dei non adspexi. Quod si me ipse
non solvat, alius me solvere non valet. Im=
pletis quae ille jusserat, de templo urna non am=
plius excessit. Tunc omnes Deo gloriam
gr dederunt, qui talem servis suis concesse=
rat potestatem.

Nescio an huc referam haec, quae habet
Constantinus Porphyrogeneta in Libri secun=
di de Thematibus Capite nono: Μετὰ δὲ
τὸν Ῥιζόνικον Λισσός ἐστι πόλις, καὶ Ἀ=

κρόλισσος, καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραί=
ων κτίσμα, ἡ νῦν Δυῤῥάχιον ὁμωνύμως
τῇ Χεῤῥονήσῳ λεγομένη, ἐφ' ἧς ἵδρυται,
ὡς Φίλων γράφει = Post Rizonicum au=
tem sinum urbs Lissus est, et Acrolissus, at=
que Epidamnus, a Corcyraeis condita, quae
nunc ut Chersonesus, cui insidet, Dyrra=
chius vocatur, quemadmodum scribit Philo.
Sed haec fortasse pertinent, ad Herennii Phi=
lonis Byblii opus περὶ πόλεων, καὶ οὓς ἑ=
κάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκε = de ur=
bibus, et iis, quos illarum quaeque tulit,
illustribus viris: = cujus epitomen ab Aelio
Serano tribus in libris conflatam laudant
Suidas, et Etymologici magni auctor in
vocibus ἀρσινόη, et βουκέρας.

Philippus Sidetes.

Amplissimum de Christiana historia scriptum, vix tamen ab uno, alteroque e veteribus memoratum, edidit Philippus presbyter, e Side Pamphyliae urbe oriundus, ut refert Socrates: (Socrates, Hist. Eccl. Lib. 7. Cap. 27.) Φίλιππος Σιδίτης μὲν ἦν τὸ γένος, Σίδη δὲ πόλις τῆς Παμφυλίας. = Philippus, Sidetes quidem genere fuit, Side autem urbs est Pamphyliae. = Troili sophistae se consanguineum jactabat Philippus, ut ipse Socrates testatur. Ἀφ' ἧς (Σίδης) ait ille, ὥρμητο καὶ Τρώϊλος, οὗ καὶ συγγενῆ ἑαυτὸν εἶναι ἐσεμνύνετο = Ex qua (Side) originem duxit etiam Troilus Sophista, cujus ille propinquum se esse jactabat. = Post Attici mortem in Episcopatu Constantinopolitano fungi Philippus adfectavit, ut refert Socrates, sed frustra, Sisinnius enim Episcopatum ipsum obtinuit. = Cum Joanne Chryssostomo eum versatum fuisse scribit idem Socrates, cujus haec sunt verba: Διάκονος δὲ ἦν, ἐπεὶ τὰ πολλὰ τῷ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ συνῆν = Diaconus autem erat, eo quod cum Joanne Episcopo diu versatus esset. = Haec consideranti verisimile fortasse videbitur Philippum illum ascetam, Joannis Chrysostomi familiarem, ad quem extat ejusdem Chrysostomi epistola, a Philippo Sidete distinguendum non esse. Porro ille etiam Constantinopoli versatus est, ibique Scholas tenuit, ut patet ex Palladii dialogo de vita Joannis

Chrysostomi. Attamen ante Attici mor=
tem, immo et ante mortem Chrysostomi, Con=
stantinopoli coactus excessit, ac atque in
Campaniam deinde profectus est, ideoque, si
cum Philippo Sidete idem fuerit, post Chry=
sostomi mortem Constantinopolim rediisse dicen=
dus erit. ~~Historiam suam Christia~~

Historiam suam Christianam triginta
sex in libros distinxit Philippus noster, quo=
rum uni singulos viginti quatuor in λό=
γους, sive τόμους partitums est; ut testa=
tur Photius.+ Λόγων, seu τόμων numerū++
non indicat Socrates, ~~licet~~ licet eos sū=
matim comprehensos mille propemodum nu=
mero esse mo fuisse moneat: καὶ Χριστια=
νικὴν ἱστορίαν συνέθηκεν, ἣν ἐν τριάκον=
τα ἓξ βιβλίοις διεῖλεν· ἕκαστον δὲ βι=
βλίον εἶχε τόμους πολλούς, ὡς τοὺς πάν=
τας τόμους ἔγγυς εἶναι χιλίους. Ὑπό=
θεσις δὲ ἑκάστου τόμου ἰσάζει τῷ
τόμῳ = Et Christianam historiam compo=
suit, quam triginta sex in libros distinxit;
horum autem singuli pluribus constat to=
mis, adeo ut simul omnes, mille propemo=
dum numero sint. Cujusque vero tomi ar=
gumentum, tomum ipsum magnitudine exae=
quat. = Photius nonnisi vi quatuor, et
viginti Historiae Philippi libros vidit:
attamen triginta sex ejusdem operis libros
commemorat etiam Theophanes (Theopha=
nes, Chronograph.) his verbis: Τούτῳ τῷ
ἔτει Φίλιππος πρεσβύτερος Σίδης Χρι=
στιανικὴν ἱστορίαν συγγραψάμενος ἐν
λϛ΄ βιβλίοις πολλὰ καθάπτεται Σι=

+ (Photius, Biblioth. Cod. 35.)

++ quem quisq; liber complectebatur,

σινήου, διὰ τὸ προκριθῆναι τὸν Σισίννιον Φιλίππου, εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἅμα καὶ Πρόκλῳ· εὐθὺς δὲ Σισίννιος ἐτελεύτησεν. = Hoc anno Philippus Sides presbyter, Christianam historiam libris sex, et triginta conscribens, pluribus contra Sisinnium invehitur, eo quod sibi, non aliter ac Proclo in Episcopatus electionem fuisset antelatus. Paulo autem postea Sisinnius mortuus est. =

Non Ecclesiasticam, sed Christianam, historiam suam ~~nuncup~~ Philippum nuncupasse, expresse notat Socrates: τὴν μὲν οὖν πραγματείαν τοιαύτην, οὐκ ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν, ἀλλὰ Χριστιανικὴν ἐπέγραψεν. = Hoc igitur opus non Ecclesiasticam, sed Christianam historiam inscripsit. = Exorsus a mundi initio, in historia sua usque ad sua tempora narrans progrediebatur Philippus, qua sane de caussa maxime nobis deploranda est illius operis jactura, quippe qui nullum prorsus scriptum tam late patens, satis veteris historici habeamus; esto valde iniquum de Philippi historia judicium ~~Photius, et~~ Socrates, et Photius proferant. Plura, quae ad historiam minime pertinebant operi suo Philippum admiscuisse dicit Socrates: πολλὰς δὲ συνεισφέρει ὕλας εἰς αὐτὴν (ἱστορίαν) δεικνύναι βουλόμενος, μὴ ἀπείρως ἑαυτ ἔχειν ἑαυτὸν τῶν φιλοσόφων παιδευμάτων· διὸ καὶ συνεχῶς Γεωμετρικῶν τε, καὶ Ἀστρονομικῶν, καὶ Ἀριθμητικῶν, καὶ Μουσικῶν θεωρημάτων ποιεῖται μνήμην· ἐκφράσεις τε λέγων νήσων, καὶ ὀρέων, καὶ δένδρων, καὶ ἄλλων τινῶν εὐτελῶν = Multam porro in eam (historiam) congessit materiam, ostendere cupiens se Phi=

losophicarum disciplinarum haudquaquam ex=
pertem. Ideo et Geometrica, et Astronomica,
et Arithmetica, et Musica theoremata fre=
quenter commemorat: insulasque describit, et
montes, et arbores, aliaque nonnulla parvi
momenti. = Sed haec si minus ad historiae
ordinem, et pulchritudinem, ad utilitatem tamẽ
nostram facere non parum poterant. Iudicium
suum de Philippi opere ita profert idem
Socrates: διὸ + καὶ χαύνην τὴν πραγματείαν + τῶν
εἰργάσατο· διὸ καὶ, ὡς νομίζω, ἀχρείαν
αὐτὴν καὶ ἰδιώταις, καὶ ~~α~~ εὐπαιδεύτοις
πεποίηκεν· οἱ ἰδιῶται μὲν γὰρ τὸ κε=
κομψευμένον τῆς φράσεως ἰδεῖν οὐκ ἰσ=
χύουσιν· οἱ δὲ εὐπαίδευτοι τῆς ταυτολο=
γίας καταγινώσκουσιν. Ἀλλ' ἕκαστος μὲν
περὶ τῶν βιβλίων, ὡς ἔχει γνώμης κρι=
νέτω· ~~ε~~ ἐγὼ δὲ ἐκεῖνό φημι, ὅτι τοὺς
χρόνους τῆς ἱστορίας συγχέει. Μνημο=
νεύσας γὰρ τῶν αὐτοκράτορος Θεοδο=
σίου χρόνων αὖθις ἐπὶ τοὺς Ἀθανασίου
τοῦ ἐπισκόπου χρόνους ἀνέδραμεν, καὶ
τοῦτο ὡς πλεῖστον ποιεῖ = Unde et so=
lutam historiam fecit, ac proinde, ut ~~puto~~,
existimo, indoctis aeque ac doctis inutilem.
Indocti siquidem dictionis ornatum conspi=
cere non valent; docti vero repetitionem
verborum condemnãt. Sed de libris istis, ut
sua fert sententia judicet unusquisque: id
tantum unum ego dicam; historiae tempo=
ra ab illo confundi. Postquam enim Impe=
ratoris Theodosii tempora commemoraverit,
rursus ad tempora Athanasii Episcopi recurrit: id=
que saepissime facit. = In Historiae Tripar=
titae Libro duodecimo, Capite tertio, Philippi
historia dicitur =multam ... habere confusionem,
et non satis prodesse legentibus. = At Socra=

tis judicio, judicium Photii non discrepat.

Fragmentum insigne ex Philippi historia Ecclesiastica suppeditat Fragmentum alterum, quod anno 1689. Oxonii, ad calcem Dissertationum in Irenaeum, ex Codice Barocciano 142. edidit Henricus Dodwel, illud ex Nicephori Callisti operibus excerptum fuisse suspicatus. Quae ibi ex Philippo referuntur infra exhibebo. Sisinnium in historia sua exagitabat Philippus, ut ex Photio, et Socrate constat. (Socrates, Hist. Eccl. Lib. 7. Cap. 26.) Ἐπὶ τούτῳ,+ Φίλιππος ὁ πρεσβύτερος, ὅτι αὐτοῦ προεκρίθη ἕτερος, πολλὰ τῆς χειροτονίας (Σισιννίου) καθήψατο ἐν τῇ πεπονημένῃ αὐτῷ Χριστιανικῇ ἱστορίᾳ, διαβάλλων καὶ τὸν χειροτονηθέντα, καὶ τοὺς χειροτονήσαντας, καὶ πολλῷ πλέον τοὺς λαϊκούς· τοιαῦτα τε εἶπεν, οἷα οὐκ ἂν ἑλοίμην παραδοῦναι γραφῇ, ἐπεὶ κἀκεῖνον οὐκ ἀποδέχομαι τῆς προπετείας, τοιαῦτα γραφῇ παραδοῦναι τολμήσαντα = Post haec Philippus presbyter, quoniam alter sibi fuerat antepositus, in ordinationem illam (Sisinnii) pluribus invehitur in ea, quam elucubravit, Christiana historia: ordinatos simul, et ordinatores, multoque magis laicos perstringens: eaque dicens, quae litteris mandare profecto nolim; haud enim viri illius temeritatem probo, qui talia scribere ausus fuerit. =

+ ait Socrates,

Praeter Christianam historiam, opus aliud contra Iulianum apostatam contexuit Philippus, ~~contexuit~~, quod his verb memorat saepius laudatus Socrates: ἐφιλοπόνει δὲ καὶ περὶ λόγους, καὶ πολλά, καὶ παντοῖα βιβλία

συνῆγε· ζηλώσας δὲ τὸν Ἀσιανὸν τῶν λόγων χαρακτῆρα, πολλὰ συνέγραφε, τά τε τοῦ Βασιλέως Ἰουλιανοῦ βιβλία ανασκευάζων. = Liberales quoque disciplinas sectatus est, et multos, ac omnisque generis libros collegit; Asianumque dicendi characterem imitatus, multa conscripsit, ac Juliani Imperatoris libros refutavit. = Idem opus laudat etiam Liberatus Diaconus in Breviario Caussæ Nestorianorum, et Eutychianorum, Capite septimo. = His ita provenientibus, ait ille, de electione episcopi (Constantinopolitani) rursus questio exorta est. Multi enim Philippum quaerebant presbyterum, qui a beato Joanne cognomento Chrysostomo diaconus fuerat ordinatus, multaque conscripserat volumina contra Imperatorem Julianum Apostatam. = Ex hoc opere nihil, quod sciam, nunc superest.

Fragmentum Libri XXIV. Historiæ Christianae Philippi Sidetis: +

Et ait Philippus Sidetes in libro vigesimo quarto ait: „ Scholae Alexandrinae primus Athenagoras praefuit, qui floruit Hadriani, atque Antonini temporibus, quibus legatoriam pro Christianis Orationem nuncupavit, vir christianam religionem ipso in pallio professus, atque Academicae Scholae praefectus. Hic cum ante Celsum Christianos oppugnare in animo haberet, Divinas Scripturas evolvens ut majori cura certaret, adeo Sanctissimo captus est Spiritu, ut instar magni Pauli, pro persequutore fidei, quam insectabatur, Doctor evaserit. „ Hujus discipulum fuisse ait Philippus, Clementem Stromateum, Pantaenumque

+ Ex Fragmento alio, quod edidit Henricus Dodwel ad calcem Dissertationum in S. Irenaeum.

Clementis. Quartus Christianae Scholae praefuit Origenes; post Origenem Heraclas; post hunc Dionysius; post quem Pierius; post Pierium Theognostus; post hunc Serapion; post quem Petrus magnus ille episcopus, qui et Martyr fuit; post Petrum Macarius, quem politicum vocabant adcolae; post hunc Didymus; post Didymum Rhodon, qui etiam, juxta Philippum, in ipsam Sides civitatem, de magni Theodosii temporibus Scholam transtulit. Hujus Rhodonis discipulum se fuisse ait Philippus.

Leg. αὐτοῦ. Mingarell.

De hoc loco multa disputant eruditi. Nam neque Alexandrinae Scholae primus praeesse potuit Athenagoras, neque Orationem suam pro Christianis, Hadriano, et Tito Antonino porrexit, neque Clementem Pantaenus audivit, immo eum discipulum habuit. Aliud Philippi nostri fragmentum Acta complectens cujusdam disputationis, in Persia de Christianis inter, et Judaeos Gentiles, ac Judaeos de Christo habitae, extat in Codice Caesareo teste Lambecio. (Lambecius, Commentar. de Biblioth. Vindob. Lib. 5.) Alterum quoque ejusdem Philippi fragmentum in codice item Caesareo adservari ait Lambecius ipse, (Idem, l. c. Lib. 6.) hoc titulo: Βαφὴ τοῦ παρὰ Πέρσαις ἐξευρημένου χαλκοῦ, γραφεῖσα ἀπὸ ἀρχῆς Φιλίππου; et: Βαφὴ τοῦ Ἰνδικοῦ σιδήρου, γραφεῖσα τῷ αὐτῷ χρόνῳ. Sed hallucinatus est vir doctus. Verba enim: ἀπὸ ἀρχῆς Φιλίππου, quae illi errandi occasionē praebuerunt, significant, ut dudum monuit Cotelier in notis ad tertium Monumentorum Ecclesiae Graecae tomum, tincturam aeris illam aeris apud Persas reperti, ut et ferri

(Epist. 7)

Indici, jam tempore Philippi Macedonū Regis descriptam fuisse.

Hesychius presbyter Hierosolymitanus.

De Hesychio Hierosolymitano presbytero superfluum esset dicere, post ea, quae adcurate disseruerunt Labbè, Cave, Tillemot, aliique. Ad Historiam ejus Ecclesiasticam respexit Justinianus Imperator dum in Edicto de Fide orthodoxa adversus tria Capitula haud valde procul a fine, de Theodoro Mopsuesteno agens haec ait: καὶ ταῦτα μαρτυρεῖ Σωζόμενος, καὶ Ἡσύχιος, καὶ Σωκράτης, καὶ Θεοδώριτος, ὃ πολλοὺς ὑπὲρ Θεοδώρου λόγους τε, καὶ ἐπαίνους ἐκτέινας = Et haec testantur Sozomenus, atq. Hesychius, et Socrates, ac Theodoretus, qui multas pro Theodoro orationes, laudesque cõposuit. = Ad calcem Chronici Paschalis, ubi laudatum Justiniani edictum integrum exhibetur, pro: μαρτυρεῖ, legitur: μαρτυροῦσι;† post λόγους autem, omittitur τε.

† et pro: Θεοδώρητος, pro: Θεοδώριτος.†

Ecclesiasticae Hesychii historiae insigne fragmentum, sed latine tantum superest, quod hic statim subjicio.

Fragmentum Historiae Ecclesiasticae Hesychii Presbyteri Hierosolymitani:

Ex Concilii Constantinopolitani II. Generalis V. Collatione V.

Ab Ecclesiastica Historia Hesychii presbyteri Hierosolymitani orum de Theodoro.

v. Lab. s. 627.

Ita Photinum multis, et aliis apud eos saeculis, Theodorus quidam praecipue imitatus est: malitiosus etc. Vide Labbè Conc. t. 5. p. 490.

Ex hoc fragmento ipso quaedam profert Pelagius II. Papa, (Pelagius II. Papa Epist. 7. §. 13.) ita praefatus: = Rursus de errore illius (Theodori Mopsuesteni) Hesychius Hierosolymorum presbyter, Ecclesiasticae historiae scriptor ait. = Tum pro refert primam recitati fragmenti partem usque ad verba: = Judaicae impietatis viaticum; = ac deinde aliam ejusdem fragmenti partem exscribit a verbis: = Christum enim Jesum generis nostri Salvatorem, et Dominum = usque ad illa: = et haec in mysticis sermonibus ausus est. = Suspicatur Tillemont ex Historia Hesychii Ecclesiastica petitum esse fragmentum illud de tempore nativitatis Christi, quod + in Appendice ad Chronicon Paschale sub Hesychii nomine vulgavit Du Cange ex duob. Codicibus Regiis Parisiensibus, et alio Colbertino. Sententiam Humfredi Hody, (Hody, Prolegom. de Joan. Malela §. 24.) qui Hesychium, fragmenti illius auctorem, Joanne Malala recentiorem putat, nullatenus probo. Ait ille, quod fragmentum ipsum = si quis committat cum illis quae habet Jo. Malela in initio libri 10. nihil prius mehercule ei comparebit, nihil manifestius, quam quod Malelae sit ipsissima verba in compendium redacta. = Sed uterque, idest, Hesychius, et Malalas, eadem alio ex auctore petere potuit, et norunt eruditi quam saepe id acciderit. Porro nullus prorsus Hesychio nostro recentior extitisse narratur ejusdem nominis scriptor, praeter Hesychium Milesium, qui ex laudati Hody sententia, Malala adhuc antiquior fuit, ut alii vero cen=

+ latine ad calcem Quaestionum Anastasii Sinaitae edidit Gentianus Hervet, ac Graece deinde

vent, Malalae ipsi ad summum aequalis esse potuit. Caeterum, quin Tillemont conjecturam adprobemus, non prohibet eius fragmenti Hesychiani inscriptio, quae legitur in editione du Cange, idest: Ἡσυχίου εἰς τὴν γέννησιν: *Verum Codex Bodlejanus, ex quo fragmentum ipsum edidit Hody, ita inscriptū cum hac inscriptione: Ἡσυχίου ἐκ τοῦ εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν; + peculiare aliquod scriptum in Christi natalem innuere videtur. Et plures + scriptum illud, Homiliam adpellarunt. Quidquid sit ecce jam fragmentum, de quo agitur,

+ nec illa quam exhibet et Codex alter Bibliothecae Mediceo-Laurentianae, fragmentum illud exhibens hac inscriptione insignitum: Ἡσυχίου ἐκ τοῦ εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν, (Biscioni p. 20.)

+ e doctis viris,

Ex Codicibus Regiis Parisiensibus
2431. et 2919. et Colbertino
1350.

v. Hody.

Anno XLII. imperii Augusti, mense Decembre, die XXV. feria VI. hora diei VII. natus est Dominus noster Iesus Christus secundum carnem, ex sancta Virgine Maria, anno, juxta Antiochenos, a mundi creatione usque ad Christi nativitatem, et crucifixionē, 6000. Ab Adamo enim usque ad Phalec, filium Heber, anni 3000. colliguntur: et a Phalec usque ad XLII. annum imperii Augusti anni 5967. ac deinceps cum hominibus conversatus est Servator annis XXXIII. ita ut ab Adamo usque ad Christi natalem, et crucifixionem anni sint 6000. pleni. Phalec enim, juxta Moysis prophetiam, dimidium dicitur temporis adparitionis Christi. Nam Quemadmodum hominem die VI. formavit Deus, qui postea in peccatum incidit; ita et sexta millenarii die in terram venit, et hominem salvum fecit. Id

siquidem ostendit Divina scriptura dicens: „Dies Domini sicut mille anni.„ Quae quidem et Clemens, et Theophilus, atque Timotheus, Dei amantissimi Chronographi unanimiter interpretati sunt, dicentes sexto annorum millenario adparuisse Dominum juxta numerũ VI. dierum formationis Adam, ~~salvi~~ liberans genus humanum. Alii vero ajunt anno 5500. venisse Dominum, sed in hoc pauci consentiunt; omnesque adcurati scriptores in anno 6000. conveniunt. Verum prophetica vox magis verax est, quae docet, anno 6000. Dominum, hominem factum adparuisse.

Theodoretus.

Quinque de Ecclesiastica historia libros Theo=
doreti Cyrensis Episcopi ad nos pervenisse mi=
hi nemo est, qui ignoret, ideoque nihil esset
cur historiae ejus ecclesiasticae fragmenta colli=
gerem. Verum Gennadius Capite LXXXIX.
de illustribus viris, decem Ecclesiasticae historiae
libros a Theodoreto conscriptos dicit: haec sunt autem
ejus verba: ~~sunt~~: ~~Scr~~ Sunt et ejus decem hi=
storiae Ecclesiasticae libri, quos imitatus Eusebium
Caesariensem scripsit, incipiens a fine libro=
rum Eusebii usque ad suum tempus, id est,
a vicennalibus Constantini usque ad impe=
rium Leonis senioris sub quo et mortuus est.
Sed Histor Theodoreti historia, quae nunc ex=
tat, nonnisi res gestas ab Arii tempore us=
que ad imperium Theodosii junioris comple=
ctitur: nec ~~prolixio~~ longius productum opus
adgnoverunt Evagrius, Cassiodorus, Photius,
ac Nicephorus. Citantur equidem nonnulla ex Theo=
doreto, in excerptis ex Theodoro Lectore, quae
in Theodoreti ipsius historia Ecclesiastica
non occurrunt; attamen quae ex ejus fide
narrat Theodorus, post Leonis Imperatoris
tempora adciderunt, quemadmodum et illa
quae velut ex quarto Theodoreti historiae
tomo refert Damascenus. Juniorem igitur
Theodoretum, Ecclesiasticae itidem historiae
scriptorem, a Theodoro Lectore, et Dama=
sceno respici autumat Baronius. (Baronius,
Annal. an. Christi 494. §. 55.) Apud Da=
mascenum pro Theodoreto, Theodori, Le=
ctoris scilicet, nomen reponendum censet
Valesius, (Valesius, ad Theodor. Lector. Hist.

Eccl. Lib. 2. §. num. 44.) post Billy, quem
sequitur etiam Le Quien. Garnier, juniorem
illum Theodoretum, quem Theodoro Lectori,
et Damasceno laudatum putat Baronius,
eumdem ~~putat~~ existimat cum Aliendensi ejus nominis
episcopo, qui Concilio Constantinopolitano + secun=
do interfuit. Sed haec omnia difficultatem,
quae de Gennadii loco est, non solvunt.
Nam nec episcopus ille Aliendensis Gennadio
notus esse potuit, quippe qui junior Genna=
dio fuit; nec historiam illam, quae ultra
Leonis tempora progrediebatur, potuit respi=
cere Gennadius ipse. Dici igitur posset Theo=
doretum, qui prius nonnisi centum, et quin=
que circiter annorum historiam, ~~cum~~ libris quinque
complexus fuerat, et de Nestorii haeresi nolue=
rat dicere, post Cyrilli mortem majorem scri=
bendi ~~hist~~ libertatem nactum, reliquam Eccle=
siae historiam ad extrema usque vitae suae
tempora descripsisse. Simili modo et Cassio=
dorus postquam Chronicon suum absolvisset,
caeteros deinceps, ut videtur, Consules reliqui
vitae suae temporis ad calcem Chronici ~~de=
scripsit~~ adscripsit. Sed cum Evagrius, Cassio=
dorus, Photius, et Nicephorus, Continuationem
illam Historiae Theodoreti non noverint, ma=
lim dicere, hallucinatum esse Gennadium, nec
historiam ipsam vidisse, sed falso rumore fus=
se deceptum, ut quotidie contigit. Porro ex
tot illis, quae scripsit Theodoretus, nonnisi
duas elucubrationes commemorat Genna=
dius, ideoque valde pauca de ejus scriptis
novisse satis patet. Quod spectat ad ea,
quae ex Theodoreto referunt Theodorus Le=
ctor, et Damascenus, nihil prorsus de illis statuere

\+ sub Agapeto I. Pontifice habito

licet, et fortasse erravit uterque, Theodoreto tribuens historiae ejus continuationem, alio ab auctore elaboratam, cujus tomum, sive sectionem quartam adlegare potuit Damascenus. +Quae ille, et Theodorus Lector, sub Theodoreti nomine referunt, hic adscribenda duxi.

+ Caeterum,

Fragmentum Historiae Ecclesiasticae Theodoreti: (apud. Vales. 3. 524.).

Ex Theodori Lectoris Historiae Ecclesiasticae Libro II. numero 44.

Ait (Theodorus) Petrum Mongum, reliquias Timothei Salophilacioli effodisse, quod narrat etiam Theodoretus.

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Theodori Lectori Historiae Ecclesiasticae Libro citato numero 46.

Ait (Theodorus) Calendionem Byzantii ordinatum fuisse, consonans Theodoreto.

Hoc in loco legebatur: τῷ Θεοδώρῳ. Sed recte τῷ Θεοδωρίτῳ rep. emendavit Valesius: Theodorum enim Theodoro consentire, dicere non potuerat auctor horum Excerptorum. Musculus, qui vertit: =Calendion Theodoro, Byzantinus Episcopus ordinatus fertur =; locum aliter legisse videtur.

Fragmentum Tomi IV. ejusdem operis:

Ex S. Joannis Damasceni Oratione III.+ de Imaginibus.

+ adversus eos, qui Sacras Imagines rejiciunt.

Ex Ecclesiasticae historiae Theodoreti Tomo quarto.

Sub hoc autem Consulatu, mensis Decembris die vigesima quinta, prodigium hor=

rendum, et ingens = quod accidit, quod omni=
um aures perculit. Quidam enim, Olympius
nomine, juxta equum ambulatorium Euthy=
mii Arianae factionis Exarchae incedere so=
litus, cum esset in Palatii Helenianarum lava=
cro in cella tepidaria, et quosdam ex la=
vantibus Consubstantialitatis fidem celebran=
tes animadvertisset, haec ipsa protulit verba:
„Quidnam vero est Trinitas? et quonam
in pariete descripta non reperitur?„
simulque apprehensis verendis, „ecce, inquit,
et ego Trinitatem habeo:„ adeo ut qui illic
aderant, commoti illum interficere vellent. Sed
compescuit eos Magnus quidam, Sanctorum
Apostolorum Ecclesiae+ presbyter, vir admirabi=
lis, Deique cultor, qui adstantes admonuit ho=
minem illum, cuncta spectantis justitiae ocu=
lum, accurate notantem, latere non posse. Cum
igitur propter viri illius reverentiam quievis=
sent, surrexit Olympius, et aquae calidę so=
lio, ut mos est, usus, ad aquę frigidę piscinam
ingreditur, quae aquam excipit ex fonte sca=
turientem, qui est in medio venerandi alta=
ris Sanctae Ecclesiae Stephani protomarty=
ris, ab Aureliano olim extructae, summis
magistratibus, quibus fungebatur, illustri. Un=
de fieri existimo ut aqua illa Divino intuitu
decoretur. In hanc ille cum descendisset, illi=
co reversus est, clamans: „miseremini mei,
miseremini mei.„ Et carnes suas scalpens,
eas ab ossibus avellebat. Tunc omnes accur=
rentes, comprehenderunt eum, et sindone
involutum, jam deficientem reclinare fecerunt.
Eumque sciscitati sunt, quidnam accidisset;
Olympius vero respondit: „vidi hominem al=

+ intra muri ambitum

bis indutum, qui supra me adventans,
tribus me aquae calidę situlis perfudit, dicẽs;
« Impie ne loquaris. » Ejus autem necessa=
rii, illum lectic ferculo impositum, aliud in
balneum transtulerunt, quod Arianorum
Ecclesiae proximus erat. Sed sindonem ab illo
volentes abducere, totam ejus carnem la=
cerarunt, atque ita enecatus ille, spiritum
reddidit. Ea res per universam fere
regiam civitatem innotuit. Ajebant autem
nonnulli, Olympium, qui haec passus erat,
ante aliquod tempus, ea, quae consub=
stantialitatem tenebat Religione relicta,
ad Arianas partes, novo accepto baptisma=
te transivisse. Porro cum id, quod acci=
derat ad Imperatorum notitiam pervenisset,
(tunc vero Anastasius imperabat;) jussit ut
miraculum illud in tabula depictum, su=
pra piscinam collocaretur. Joannes autem
quidam Diaconus, et Defensor supra dictę
Sanctę Ecclesiae Stephani Protomartyris, vir
qui pro dogmate consubstantialitatis, zelũ
si quis alius semper ostendit, non
dam imaginem pinxit solum, sed et eo=
rum, qui tunc lavantes, miraculum conspe=
xerunt, nomina adscripsit, et ubi singuli
eorum habitarent, adnotavit, atque eorũ
insuper, qui balneis ministrabant, nomina
adjecit. Quae quidem imago etiamnum
in fronte quadriporticus Oratorii,
pluries a nobis commemorati, defixa, hu=
jus rei testis est. Sed quoniam miraculum
illud, alterum deinde miraculum conse=
quutum est, hoc praeterire nefas esset,

quippe quod ejusdem sit argumenti. Neque illud referre pigebit, etsi praesentis aetatis homines fugerit. Arii enim sectatores cum hunc de ipsorum haeresi triumphum obtinere animadverterent, eum cui Palatii Helenianorum custodia commissa erat, utpote qui lavacri administrationi praeerat, enixe obsecrarunt, ut imaginem illam subductam absconderet: qui speciosum praetextum adducens, humorem nempe ab aquis emissum, imaginem quasi corruptam sustulit, eamque veluti restituturus occultavit. Sed Imperator cum singula regia loca circumeundo perlustraret, huc quoque cum venisset, imaginem quaesivit, atque ita rursus parieti affixa est. Eutychianum vero, id enim Diaetario illi nomen erat, vestigiis tenus Divina indignatio insectata est, et comprehendit; ac dexterum quidem oculus ut ei diffueret, fecit, caetera vero membra ejus ita quassavit, ut illum ad sanctum Oratorium accedere cogeret, ubi requiescere creditur pars reliquiarum sacrarum divinorum Pantaleonis, et Marini: qui locus Concordia cognominatur, eo quod centum, et quinquaginta Episcopi, ibi sub Theodosio magno Imperatore congregati, concordem quamdam, et unanimem doctrinam statuerint, tum de consubstantialitate divinae Trinitatis, tum de incarnatione Domini, quem ex Virgine carnem sumpsisse declararunt. Sed cum septem circiter dies illic moratus, nihil utilitatis perciperet, immo et testiculi ei putruissent, nocte quadam

Ponatur $\frac{v}{\varepsilon}$ XSV

media, Subdiaconus, qui forte pro sua vice ibi pernoctandum erat, videt in somnis Regem quemdam sibi adstantem, qui manu aegrotum indicans, „ Quomodo, inquit, hunc suscepisti? Quis vero huc istum adduxit? Hic simul fuit cum illis, qui de me impie loquuti sunt. Hic miraculi imaginem abdidit. „ Clericus ergo surgens narravit quod viderat, dicens fieri non posse ut ille eo morbo sanaretur. Eadem vero nocte, Eutychianus, e doloris acerbitate in somnū delapsus, adolescentem quemdam Eunuchum videt, splendida indutum veste, qui sibi ait: „ Quid tu habes? „ Ille vero cum autem ille respondisset: „ Pereo tabescens, nec curationem invenio: „ audivit eum dicẽtem: „ nemo tibi potest opem ferre. Rex enim gravi adversus te succensus est ira. „ Ipse vero supplicans, „ quem movebo, inquit, aut quidve faciam? „ At ille ait, „ si sanari brevi vis, perge ad Helaenianarum balneū, et juxta imaginem combusti Ariani requiesce. „ Statimque expergefactus, unum ex ministris advocavit; omnesque obstupuerunt, eo quod jam ante tres dies vocis ille usum amisisset. Mandavit ergo eis, ut se illo abducerent, quo abire jussus fuerat. Cumque ad locum pervenissent, eumque juxta imaginem collocassent, ille spiritum emisit. Per liberationem enim a morbo, ille, qui in somnis ei visus fuerat, separationem animi a corpore intelligens, vera loquutus fuerat.

Joannes Diacrinomenus.

Diacrinomenon, sive Haesitantium, aut potius separatorum secta, unde dicta fuerit paucis docet Timotheus presbyter in libro de differentia eorum qui adcedunt ad fidem nostram: καὶ ὠνόμασαν ἑαυτοὺς Διακρινομένους, διὰ τὸ διακρίνεσθαι αὐτοὺς κοινωνεῖν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, χάριν τῆς μνημονευθείσης συνόδου (τῆς ἐν ~~Καλχ~~ Καλχηδόνι.) Diacrinomenos in sectas duodecim divisos esse subjungit idem Timotheus: postea vero ait: οὗτοι πάντες κοινῶς ἀποστρέφονται τὴν ἁγίαν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον, καὶ δέχονται εἰς ἐπίσκοπον Διόσκορον τὸν ὑπ' αὐτῆς δικαίως ἀναθεματισθέντα ὡς ὁμόφρονα Εὐτύχους τοῦ αἱρετικοῦ. Hi omnes sanctam Chalcedonensem synodum unanimiter rejiciunt, atque in Episcopum suscipiunt Dioscorum, qui ab ea juste anathemati perculsus est, utpote Eutycheti haeretico consentiens. = Joannem igitur Ecclesiasticae historiae Scriptorem, qui Diacrinomenus dictus fuit, Eutychetis, et Dioscori partibus favisse patet. At Photius, (Photius, Biblioth. Cod. 41.) qui historiam ejus Ecclesiasticam commemorat, quam tribuit Joanni presbytero Aegeati, quem Nestorianum, ideoque Eutychianis infensum fuisse constat ex Leontio, (Leontius, de Sectis act. 9.) Epistola Episcoporum Syriae, libello ad Justinum seniorem, Victoris Tun=

nunensis Chronico, et Facundo Hermia=
nensi. (Facundus Hermianensis, ^{pro} Defens. triū
Capitul. Lib. 3. Cap. 2.) Manifestus igitur est
Photii error, duos simul Joannes confun=
dentis, quos accurate distinguendos esse, pa=
lam fecerunt Cotelier in notis ad secundū
Monumentorum Ecclesiae Graecę tomum, Le
Quien, (Le Quien, Dissertat. Damascenic.
III. §. 2.) et Pfaff in Dissertatione de E=
vangeliis sub Anastasio Imperatore non
corruptis, §. VII. Ideo emendandi Garnier,
Gerardus Joannes Vossius, et Cave, qui
Photium sequuti sunt. Fabricius qui cum
istis lapsus fuerat, (Fabricius, Biblioth.
Graec. Lib. 5. Cap. 4. §. 28.) errorem suum i=
pse deinde emendavit. (Idem, l. c. Cap. 38.
§. 9.) Porro ipse Photius, qui Joannem Ec=
clesiasticae historiae auctorem, Dioscorum, et
Ephesinam ejus Pseudo-Synodum ceu divi=
nam praedicasse scribit, (Photius, Biblioth.
Cod. 41.) deinde Joannem presbyterum Ae=
geatem, quem cum historico eumdem fece=
rat, manifesta contradictione τὴν θρησκεί=
αν Νεστοριανὸν = secta Nestorianum =
dicit. Addit etiam vidisse se quemdam
ejus librum ^{quem} contra Chalcedonense Synodum
conscripserat. (Idem, l. c. Cod. 55.) Hic i=
dem forte est cum illo, ex quo nonnulla
profert Facundus Hermianensis, in Defen=
sione trium Capitulorum, Libri quinti Ca=
pite primo.

Vix dubito quin Joannes Diacrinome=
nus idem sit cum Joanne illo Rhetore,

+ confundendum conjecit

quem pluries citat Evagrius, etsi Valesius
cum a Joanne Antiocheno Malala diversũ
non censeat, (Valesius, ad Evagr. Hist. Eccl. Lib.
I. Cap. 16.) quem etiam cum Diacrinomeno
~~confusit~~ + Combefis, sed perperam.

Historiae Joannis nostri Ecclesiasticae
nonnisi libros quinque vidit Photius, qui
res gestas a depositione Nestorii, et Theo=
dosii junioris temporibus, usque ad deposi=
tionem Petri Fullonis, quę sub Zenone conti=
git, complectebātur. Verum quinque alios histo=
riae libros Joannes pollicebatur, teste Photio,
quos licet ipse non viderit, revera tamen
a Joanne exaratos fuisse, colligi potest ex
his Evagrii verbis: (Evagrius, Hist. Eccl.
Lib. 4. Cap. 5.) Καὶ ὅσα μὲν τῆς πόλεως
(Ἀντιοχείας) πέπονθεν, ~~καὶ~~ ὅσοι τε τοῦ
πυρὸς, καὶ τῶν σεισμῶν ἔργον γεγόνα=
σιν, ὡς τὸν εἰκὸς ὑπέθετο, ὁποῖά τε
παράδοξα καὶ λόγου κρείττω συμβέ=
βηκε, περιπαθῶς ἀφήγηται Ἰωάννῃ τῷ
Ῥήτορι, ὧδε τῆς ἱστορίας καταλήξαντι.
= Et quae urbis (Antiochiae) loca labefac=
tata fuerint, quotque homines flammis ~~incendio~~, et ter=
rae motibus, ut verisimile est, par perierint;
qualia item mirabilia contigerint, quae omnem
dicendi vim prorsus superent, lugubri stilo
exposuit ~~descripsit~~ Joannes Rhetor, ea narratione
historiae suae finem faciens. = Porro An=
tiochiae eversio, de qua hoc loco agit
Evagrius, anno imperii Justini senioris septi=
mo, accidit, ideoque usque ad Justinum ipsũ
historiam suam a Joañe nostro productam
constat.

Fragmentum Historia Ecclesiasticae Joannis Diacrinomeni:

Ex Evagrii Historiae Ecclesiasticae Libro I. Capite 16.

Eo tempore divinus Ignatius, sicut cum aliis refert Joannes Rhetor, qui ut voluerat, in Romano amphitheatro, ferarum ventres habuit pro tumulo, et cujus robustiora ossa, quae superfuerant, Antiochiam translata, et condita fuerant in coemeterio, multo per post tempore transferitur; Deo Optimo Maximo id Theodosio suggerente, ut Deiferum Athletam, et Martyrem majori honore mactaret, utque templum jampridem Daemonibus dicatum, quod Tychaeum incolae adpellabat, Athletae illi, et martyri consecraret: Ideoque quod Tychaeum olim fuerat factum est templum sacrum, sanctaque aedes Ignatii, et sacrae ejus reliquiae magna cum pompa, curru in urbem adductae, in templo collocatae fuerunt.

delendum à.

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Evagrii Historiae Ecclesiasticae Libro II. Capite 12.

Quae quidem singula Joannes Rhetor data opera persequitur. Ait igitur, mille auri talenta Imperatorem civitati (Antiochiae) ex vectigali remisisse, civibus vero induluisse pensiones aedium, quas terrae motus deleverat, harum vero, et publicorum operum instaurandorum curam habuisse.

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Evagrii historiae Ecclesiasticae Libro III.

Capite 10.

Post Petrum igitur, Stephanus Antiochenae Ecclesiae Episcopatum suscepit, quem Antiochenorum pueri, calamis telorum instar acutis interfecerunt, ut scribit Joannes Rhetor.

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Evagrii Historiae Ecclesiasticae Libro citato Capite 28.

Narrat Joannes Rhetor Zenonis temporibus, Mammianum quemdam extitisse, qui ex sellularum opifice vir illustris evaserit, et ad senatoriam dignitate functus fuerit. Hunc ait in suburbano Daphnensi antiphorum ita dictum aedificasse, in loco, qui qui prius vites habuerat, fueratque utpote arvum excultus, ex regione publici balnei: ubi statua aenea posita fuit hac inscriptione: Mammianus amator urbis. Duas vero in civitate regias porticus ab eo extructas refert, et fabricae venustate decoras, et lapidum splendore, ac nitore lapidum exornatas. Inter porticus autem utrasque regias utrasque, veluti confinium quoddam, Tetrapylum ab eo conditum dicit, columnis, et aere eleganter cum primus excultum.

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Theodori Lectoris Historiae Ecclesiasticae Libro II. numero 32.

Ponatur Σεύηρον ut est in Valesii notis ter.

Joannes Diacrinomenus de Severo (Acephalo) narrat, Anastasium Imperatorem ejus juramentum accepisse, quod si quando Antiochiae Episcopus fieret, numquam

in Cal Chalcedonensem Synodum anathema jacturus esset. Eumdem vero ait ipsa ordinationis suae die conscenso pulpito Synodum illam anathemate perculisse, cum id eum petiissent sectatores sui.

Ex Theodori Lectoris Historia Ecclesiastica p depromptum putat Valesius (Valesius ad Theodori Lector. Fragmen.) istud, quod sequitur

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Concilii Nicaeni II. Generalis VII. Actione V.II.

Ioannis Diacrinomeni, ex Historia Ecclesiastica.

Haud enim licere adserebat Xenaias, Angelos, iĉorporei cum sint, corpore preditos fingere, et quasi in humanis essent formis, corporeos repraesentare: immo nec illud existimare fas esse, honorem, aut gloriam ex imagine ei per picturae artem efficta Christum accipere; acceptabile vero ei solum esse, adorationem nosse in spiritu, et veritate.

Et post alia.

Nosse autem dicit et illud, puerilis consilii esse, in columbae forma, Sanctissimum, adorandumque Spiritum fingere, pre-sertim cum Evangelicae litterae non illud tradant, Spiritum Sanctum, columbam esse factum, sed tantum sub columbae specie aliquando visum fuisse. Quia vero ob dispensationem, non substantialiter ita semel adparuit, haud par est ut corporis

imaginem pii homines faciant. Haec Philoxenus docens, consentanea doctrinae opera patrabat. Saepe enim Angelorum + imagines depositas delebat, eas vero, quibus Christus figurabatur, abditis in locis occultabat.

+ quidem

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Anonymi Collectaneis de Antiquitatibus Constantinopolitanis segmento 196.

Id vero Eusebius Pamphili, ac Diacrinomenus adcuratius exponunt. Haec Julianus cum vidisset, mysterium * de credidit, et cum simulacrum statuam illam Jesu esse didicisset, ipsum confregit; perinde ac statuam Berenicis, ita enim, ut ait Diacrinomenus, vocabatur mulier, sanguinis fluxum passa. Plantam praeterea combussit.

* interrogavit,

v. not.

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Georgii Codini de Originibus Constantinopolitanis segmento 49.

Ibi igitur stabat fori statua, quam curru in forum ipsum transtulerunt a Philadelphia, vel ut ait Diacrinomenus, a Manaura.

~~Eadem~~ * ~~habet~~ auctor Collectaneorum de Antiquitatibus Constantinopolitanis cum Codino editus, segmento 198: ἀνήνεγκαν ἐποχουμένην εἰς καρούχαν· ὡς δὲ ὁ Διακρινόμενος φησὶν, ὅτι ἐκ τῆς καλουμένης * Μαγναύρας.

* Non de statua, sed * similia habet

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Anonymi Collectaneis de Antiquitatibus Constantinopolitanis segmento 199.

Multa igitur columnae fuisse superimposita, in loco, ubi statua deinde + reperitur, ait Diacrinomemnus.

+ colligocata est,

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Anonymi Collectaneis de Antiquitatibus Constantinopolitanis segmento 205.

Quondam Justa veterem Ecclesiam sancte Irenes, palatium quondam reperiebatur, que ut refert Joannes Diacrinomenus.

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Anonymi Collectaneis de Antiquitatibus Constantinopolitanis segmento 207.

Supra dictus Xeroplophus, ut ait Diacrinomenus, statuam habuit minoris Theodosii, statuamque Valentiniani sub columna, aliamque Marciani statuam.

Diacrinomeni nomen non intellexit Codinus, qui laudata Anonymi Collectanea compilans, ita scripsit: (§ Codinus, de Orig. Constantinop. segm. 34.) ὁ αὐτὸς δὲ Ξηρόλοφος, καθὼς ὁ διακρινόμενος λόγος φησὶ, τὴν στήλην εἶχε τοῦ τε μικροῦ Θεοδοσίου, καὶ Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Μαρκιανοῦ κάτωθεν τοῦ κίονος.

Basilius Cilix.

Nestoriana haeresi infectus τὴν αἱ=
ρεσιν Νεστορίου νοσῶν fuit Basilius
Cilix, ut testatur Photius, (Photius, Biblioth.
Cod. 107.) Librosque scripsit sexdecim dia=
logi more, adversus Ioannem Scythopolita=
num: a quo Basilium impugnatum fuisse
in opere κατὰ Ἀποσχιστῶν, ἤτοι κα=
τὰ Εὐτυχοῦς, καὶ Διοσκόρου = contra
Aposchistas, sive contra Eutychetem, et
Dioscorum =, perperam suspicatus est i=
dem Photius; (Idem, l. c. Cod. 95.) ut o=
stendit Le Quien. (Le Quien, Dissertat.
Damascen. VII. §. 2.) Auctor ipse, Basi=
lii nostri sectatores innuere putat Maxi=
mum, sive ut ille vult, Ioannem Scytho=
politanum, qui in Scholiis ad Pseudo-Dio=
nysii Areopagitae Librum de ~~Cae~~ Coelesti
Hierarchia, Caput septimum, meminit hae=
reticorum Βασιλειανῶν, ἤτοι Νεστορια=
νῶν; ac rursus in Scholiis ad ejusdem
Pseudo-Dionysii Caput septimum de Ec=
clesiastica hierarchia, Basilianos memorat,
Nestorianosque.

Idem videtur Basilius noster cum illo,
Irenopoleos in Cilicia Episcopo, quem con=
tra Archelaum Κολωνείας = Coloniae =
presbyterum scripsisse bis refert Suidas.
(Suidas, Lex. art. Ἀρχέλαος, Βασίλειος Εἰ=
ρηνοπόλεως.) Historia ejus Ecclesiastica,
tribus constabat libris, teste Photio, (Pho=

tius, Biblioth. Cod. 42.) quorum primo, res gestas a Marciano Imperatore, usque ad Zenonem auctor persequebatur; secundo, ea narrabat, quę contigerant ab obitu Simplicii Papę, usque ad annum 518. tertio autem, ea referebat quae gesta fuerant ~~ab eodem anno initio~~ tempore Justini senioris. ~~Ad~~ Istam Basilii historiam in primo Historiae suae Libro, Capite primo, commemorat Nicephorus, cujus haec sunt verba: Ἐντεῦθεν πάλιν ὁ Βυζάντιος ἀναγνώστης Θεόδωρος, καὶ ὁ Κίλιξ Βασίλειος, καὶ ὁ ἀπὸ ἐπάρχων Εὐάγριος, τὰ τῶν ἀνωτέρῳ χρόνων, καὶ πρὸ αὐτῶν ὑπερβάντες, οἱ μὲν τοὺς οἰκείους χρόνους τοῖς ἐκείνων παρέζευξαν, τὸ τῆς πραγματείας δυσχερὲς ὑπολογισάμενοι· ἄλλοι δὲ καὶ τὸν βίον ἐν τῷ συγγράφειν ἀπολιπόντες, τὴν τῆς ἐπιβολῆς ὑπόστασιν ἥκιστα συνετέλεσαν. Deinceps Byzantius Lector Theodorus, et Basilius Cilix, et praefectus Evagrius, superiora ante ipsos tempora praetereuntes, temporum suorum historiam, illis scriptorum, quos modo diximus adjunxerunt, operis difficultate conterriti. Alii vero, dum scriberent, morte praerepti, institutum opus minime compleverunt. = Plura in historia sua ~~retulit~~, Basilius + retulit monumenta, pluresque Episcoporum Epistolas, quibus narrata confirmaret, ideoque = epistolas Graecas, quae tamquam a Felice Papa, Acacio CP. Quintiano, Justino, Antheone, et Asclepiade ad Petrum Fullonem scri-

ptae feruntur, ex Basilii historia acceptas su-
spicatur Le Quien: (Le Quien, ad S. Joan. Da-
masc. adversus Nestorian. Cap. 36.) in his e-
nim, ait, hoc unum data opera inculcatur,
sine impietate affirmari non posse, „Deum
Verbum, unum de Trinitate esse passum carne
carne:" sed secundum Apostoli effatum esse
confitendum; „Christum in carne passum:"
proindeque Epistolae illae pro fragmentis
Historiae Basilii Ecclesiasticae haberi pos-
sent.

Caeterum, quod hic referam, habeo
tantum istud, quod sequitur.

Fragmentum Historiae Ecclesia-
sticae Basilii Cilicis:

Ex Scholio veteri ad Evagrii Historiae
Ecclesiasticae Librum III. Caput 21.

Acacium ab Episcopo Romano deposi-
tum fuisse, auctor iste hic aperte non di-
cit. Verum Theodorus, et Basilius Cilix hoc
diserte testantur.

Theodorus Lector.

Ad Ecclesiasticam historiam illustrandā duo ea praestitit Theodorus, Lector Constan= tinopolitanę Ecclesię. Primum quidem, ex historiis Socratis, Sozomeni, ac Theodoreti in compendium redactis, duos tripartitae Hi= storiae libros composuit; atque hi, qui mi= nus utiles hodie sunt, adhuc extant Ma= nuscripti. Secundo vero, ab extremis The= odosii junioris temporibus exorsus, in quibus desinunt Socrates, Sozomenus, et Theodoretus novam ipse historiam duobus scripsit libris, quam usque ad Justinum seniorem, sive ut ait Suidas, usque ad Justinianum produxit: hos autem libros, qui admodum de= siderandi sunt, aetas abolevit. Supersunt tantum ex illis excerpta quaedam, quae haec verba in titulo praeseferunt: ἀπὸ φω= νῆς Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθο= πούλου = Ex voce Nicephori Callisti Xan= thopuli := indeque illorum Excerptorum au= ctor Nicephorus esse videretur. Sed hand re= cte, ut arbitror, rem in dubium vertit Vale= sius, qui verba illa id tantum significare suspicatus est, Nicephorum Excerpta ex Theo= doro, Amanuensi suo dictasse. Etiam Leon= tii Liber de Sectis haec verba fert in titu= lo: ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου τοῦ Θεοφιλε= στάτου ἀββᾶ; et quaedam de Arii hae= resi σχόλια accepta ex ejusdem Theodori voce; + manuscripta extant in Bibliotheca Vindobonensi, teste Lambecio. = Certe, ait Valesius, si integrum opus Theodori legisset Nicephorus, multo

plura ac meliora inde in suam Historiam transtulisset: = quod ille non fecisse videtur, sed ea tantum retulisse, quae in Excerptis, quae habemus, hodie leguntur.

Quosdam e veteribus, Tripartitam historiam Theodori Lectoris, Historiamque alteram, proprio marte ab illo scriptam, in unum corpus compegisse colligitur ex istis Suidae verbis: Θεόδωρος, ὁ ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινοπόλεως· ἔγραψεν ἱστορίαν ἐκκλησιαστικὴν ἀπὸ τῶν χρόνων Κωνσταντίνου, ἕως τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ = Theodorus, Lector magnae Ecclesiae Constantinopolitanae, scripsit Historiam Ecclesiasticam a temporibus Constantini, usque ad imperium Justiniani. = A Constantini quippe tempore incipit Theodori historia tripartita, atque in Justiniani, vel Justini imperium desinebat altera ejusdem historia. Et verisimile videri potest, Theodorum libros illos duos, quos Historiae suae Tripartitae subjecit, tertium, quartumque historiae libros nuncupasse; quemadmodum Rufinus libros, quibus Eusebii historiam continuavit, decimum, et undecimum inscripsit. Excerpta tamen ex Theodoro, quae nunc extant, non tertii, vel quarti, sed primi, et secundi libri inscriptionem praeseferant.

Caeterum, Theodori Historia Tripartita, quae habetur, ut dixi, manuscripta, vel mutila superest, vel a Theodoro absoluta non fuit, haud enim, ut par erat, in temporibus Theodosii junioris, sed in Constantii obitu desinit.

Quod aetatem adtinet, qua viguit Theodorus noster, eum Philippico imperante, anno Christi 712. vixisse censet Goar (Goar, ad S. Theophan. Chronograph.) eo quod auctor nescio quis apud Suidam, (Suidas, Lex. art. Κυνήγιον.) et Codinum, (Codinus, de Orig. Constantinopolitan. segm. 36.) quaedam referat de Theodoro Lectore, et Himerio Chartulario, quę sub Philippico adciderunt, propriisque Theodori verbis ab Auctore Collectaneorum de Ori_ Antiquitatibus Constantinopolitanis, segmento 182. et 183. narrantur. Sed vix dubium videtur, quin ea ad alterum Theodorum Lectorem referenda sint, annis circiter ducentis juniorem Theodoro nostro, qui de rebus Constantinopolitanis scripserit, vel Chronica confecerit. Porro tres Theodoros historicos, qui de rebus Constantinopolitanis egerunt, Daphnopatem scilicet, Sidetem, et Sebastenum commemorant Joannes Scylitzes, et Cedrenus in praefationibus ad Historias suas, atque ad unum, alterumve istorum referenda fortasse sunt quę habent Suidas, Cedre Codienus, et Auctor Collectaneorum de Antiquitatibus Constantinopolitanis. Profecto Theodorum nostrum, non ultra Justini, vel Justiniani imperium historiam suam produxisse, constat ex Suida, cujus verba loca supra retuli, ~~in item~~ atque ex illis, quę habemus excerptis ex eadem historia. Et Reapse, quomodo potuisset Damascenus inter testimonia παλαιῶν, καὶ δοκίμων ἁγίων πατέρων, περὶ εἰκόνων = veterum, probatorumq;

sanctorum Patrum, de imaginibus =, referre Theodori nostri loca, qui adhuc fortasse cum Damascenus ipse scriberet, superfuisset, si Soar sententia probanda foret?

Fragmenta, duorum Theodori Historiae Librorum deperditorum non sine diligentia collegit Histori Henricus Valesius. Illis vero, quae ipse observavit, nonnulla ego addam haud praetereunda.

Fragmentum Historiae Ecclesiasticę Theodori Lectoris:

Ex S. Joannis Damasceni Oratione III. adversus eos, qui sacras imagines rejiciunt.

Ex Ecclesiastica historia Theodori Lectoris Constantinopoleos, de Palladio quodam haeretico.

Sed Antiochiae Episcopus Palladius, Imperatoris gratificari studens, eos qui sancta Chalcedonensis synodi decreta sequebantur, odio prosequutus est, sanctorumque Patrum imagines sustulit.

Sequitur deinde apud Damascenum locus Eusebii, ex vita Constantini, quem excipiunt fragmenta ista, ad Theodorum Lectorem, ut videtur referenda.

Fragmenta ejusdem operis:

Ex S. Joannis Damasceni Oratione III + adversus eos, qui sacras imagines rejiciūt.

+ citata

Ex Ecclesiastica historia, de iis, qui cum Dioscoro sentiebant.

Eo enim audaciae processerat, ut beatorū, qui illic fuerant Episcoporum nomina, e sacris Dypthichis expungeret, et eorum imagines depo=

neret, ~~et~~ ac tyrannice combureret.

Ponatur αἱρετικὸν ut est ap. Damasc.

Ex eadem historia de haeretico, qui in sede Constantinopolitana Macedonio successit.

Impius iste, ~~in eo~~ sacros conventus ingressus, venerandas aedes ~~perlustrari~~ inspici jubebat, et si forte alicubi depictum in imagine Macedonium invenisset, nisi ~~ima~~ prius imaginem illam sustulisset, sacra non peragebat.

Ex eadem historia, de Juliano, et Timotheo, qui et Aelurus dictus est.

Quidam ex illis, qui seditionibus gaudebant, Timotheo Episcopo indicarunt, Julianum istum a supra dicto Macedonio susceptum fuisse, et quam ob causam id contigisset. Eum igitur per ministros suos quantocyus ad se adductum, presentibus etiam civilibus magistratibus, in Episcopali aede, Chalcedonensem Synodum anathemate percellere compellebat. Supplicans vero senex imaginibus mortuorum & defunctorum Pontificum, Flaviani, et Anatolii Archiepiscoporum Constantinopoleos, qui ibi depicti erant, et quorũ opera Chalcedonensis Synodus confirmata fuerat, exclamavit: „ Si Sanctae illius Synodi decreta admittere detrectatis, episcoporũ imagines anathemati subjicite, eorumque nomina e sacris Dypthicis eradite. „

Fragmentum Libri I. ejusdem operis:

Ex S. Joannis Damasceni Oratione III + adversus eos qui sacras imagines rejiciunt

+ citata

Theodori Historici Constantinopolitani, ex Ecclesiastica historia, de Gennadio Archiepiscopo Constantinopolitano.

Alia quoque de illo adjiciam, prorsus mirabilia. Cum pictor quidam Christi Domini imaginem pingeret, manus ei exaruerunt. Ferebatur autem, pagani cujusdam mandato, imaginem illam sub Servatoris specie, ac nomine pinxisse, crinibus in capite utrinque discretis, adeo ut facies nullatenus tegeretur; qua quippe forma Jovem pingere Gentiles solet; eo consilio, ut qui imaginem illam cernerent, Servatorem se adorare existimarent.

Ponatur τῷ ut ap. Vales.

His respondent quae leguntur in Excerptis ex Theodori historiae libro primo, & numero XV. Fragmentum aliud insigne, quod ad Theodorum nostrum refert Valesius, sed apud Damascenum sub nomine Theodoreti legitur, exscripsi jam cum de Theodoreto ipso sermo esset.

Fragmentum ejusdem operis:

Ex S. Theophanis Chronographia.

Episcopum Thessalonicensem Patriarcham vocat Theodorus historicus, praeter rem, et cur id faciat nec ipse noscens.

Haec de Theodoro nostro accipiunt Valesius, et Soar, a quibus non dissentio, etsi plures fuerint Theodori historici, ut superius observavi.

Fragmentum Libri I. ejusdem operis.

Ex Concilii Nicaeni II. Generalis VII. Actione I.

Ex Ecclesiasticae Historiae Theodori Lectoris Libro primo.

Ponatur πρώτου.

Dioscorus enim contra Canonum praescripta, Constantinopolitani Episcopi ordinationem

sibi adtribuens, ad ÿ Ecclesiae illius Episco=
patum eligit Anatolium quemdam, qui tum
Alexandrinae Ecclesiae Constantinopoli erat
Apocrisarius: praesto habens etiam Eutychetem,
qui cum ipso sacra faciebat. Ad quem Ana=
tolius lepide dixit: „ quid enim facturus es=
set ignorabat Dioscorus: cuncta, quę adiuti
loca, sanctificasti. „ Haec autem gerebantur,
Protogene, et Asterio consulibus.

In inscriptione hujus fragmenti legebatur: βι=
βλίου πέμπτου. Sed nonnisi quatuor hi=
storiae Libros scripsit, et Theodorus, et in pri=
mo eorum, qui historiam suam tripartitam
subsequebatur, egit de Dioscoro egit, ideoque
Valesius recte pro: πέμπτου ǂ legit: πρώτου.

Fragmentam ejusdem operis:

Ex Concilii Nicaeni II. Generalis VII. Actio=
ne VII.

Theodori Lectoris, ex Historia Eccle=
siastica.

Persa quidam Xenaias nomine, : quē
cum Calendio Episcopatus sui tempore, Ecclesia=
stica adulterantem deprehendisset e regione
depulit. De hoc quae multa, quae ex di=
versorum hominum narrationibus, adcurata in=
quisitione comperi, ex parte dicam. Ex Persa=
rum enim regione, proprium Dominum fuge=
giens ....

Et paulo post.

Hunc Petrus ~~in~~ misit, ~~lo~~ ut Cyri Hierapoleos
Episcopi locum occuparet. Quem haud multo
post tempore Episcopi quidam ex Perside ad=
venientes adcusarunt, quod vernala esset, et
divini expers baptismi. Id Petrus cum compe=

risset, quid fieri oporteret minime curans, Episcopalem ordinationem sufficere illi dixit, ad supplementum divini baptismatis.

Primum ex duobus hisce fragmentis, postremis verbis mancum est, quae quomodo restituenda sint, ex veteri latina versione conjicere licet, ubi praeter ea, quae Graeco textui respondent, haec habentur: = ad Romanorum (regionem) pervenit. =

Fragmentum ejusdem Operis :

Ex Suidae Lexico voce Διόδωρος Μονάζων.

Hic (Diodorus) plura scripsit, ut ait Theodorus Lector in Historia Ecclesiastica. Quorum hi sunt tituli: Interpretationes in universum vetus Testamentum, in Genesim, in Exodum, atque in libros reliquos, et in Psalmos, libros Regnorum quatuor; in loca Paralipomenon in questionem versa; in Proverbia; Quaenam inter theoriam, et allegoriam intersit differentia; In Ecclesiastem; in Canticum Canticorum; in Prophetas; Chronicon, Eusebii Pamphili errorem de temporibus emendans; in quatuor Evangelia; In Apostolorum; et in Epistolam Joannis Evangelistae; De eo, quod unus sit Deus in Trinitate; Contra Melchisedecitas; Contra Judeos; de resurrectione mortuorum; de anima, et contra diversas de illa haereses; Capita ad Gratianum; Contra Astronomos, et Astrologos, et fatum; de sphaera, et septem Zonis, et contraria astrorum progressione; de sphera Hipparchi; de providentia; Contra Platonē,

de Deo, et Diis; de natura, et materia, in quo opere quaeritur quid sit justum sit; de Deo, et falsa Graecorum materia; Quod invisibiles substantiae non ex elementis, sed ex nihilo una cum elementis creatę sint; Contra Euphronium Philosophum, per interrogationem, et responsionem; Contra Aristotelem, de corpore coelesti; Quomodo Sol sit calidus; Adversus eos, qui coelum animal esse dicunt; Quomodo de eo, quomodo Creator sempiternus sit, creata vero non item; Quomodo velle, et non velle in Deo aeterno sint; Contra Porphyrium, de animalibus, et sacrificiis

Vales. leg. καὶ τί.
Fab. 4. 360. πεπλασμένης = ficta, simulata =

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Codice Vaticano 1455. pag. 233. 2

Ex Ecclesiastica Historia Theodori Lectoris Constantinopoleos: quantae sint Fidei expositiones.

Et hae quidem Constantinopoli lectę fuerunt. Nos vero cum labyrinthum expositionum tandem aliquando percurrissemus, ~~nunc~~ enumerationem illarum composuimus. Nam post Fidem Nicaeae editam, Antiochiae deinde in encaeniis, duplices expositiones dictaverunt. Tertia est illa, quam Narcissus in Gallia tradidit Constanti Imperatori. Quarta illa est, quę ab Eudoxio iis, qui in Italia erant transmissa est. Sirmii autem tres enunciatę sunt expositiones, quarum una sub Consulatu .... Arimini lecta fuit. Octava est illa, quae Seleucię

Ponatur ὑπὸ τῶν

Leg. τετάρτη in marg.

Edita est, lectaque fuit ab Acacii sectatoribus. Ultima autem illa est, quae Constantinopoli ~~edita~~ cum additione edita fuit, appositum quippe fuit illi, neque essentiam, neque substantiam in Deo dicere. Huic Vulphilas Gothorum Episcopus tunc primum adsentitus est; antea enim Nicaenam fidem probaverat, ~~sequu~~ Theophilum Gothorum episcopum sequutus, qui Nicaenae Synodo interfuit, subscripsitque ei. Et haec quidem his de rebus dicta sint.

Fragmentum hoc ~~primus~~ vulgavit edidit Joseph Maria Suaresius in 1º Tractatu de Operibus Nili Abbatis, quod ~~ed~~ edidittum est ad calcem eorumdem operum. Ea, quae sequuntur Fragmenta, licet Theodoro nostro minime convenire videantur, hic tamen praeterire nolui.

Fragmenta Theodori Lectoris:

Ex Anonymi Collectaneis de Antiquitatibus Constantinopolitanis segmento 182. et 183. et 184.+ (pag. 10.)

+ et 185.

Ex Scriptis Theodori Lectoris, narratio eorum, quae Himerio Chartulario contigerunt, dum ad Cynegium venit, spectandi gratia. Operam enim dedimus complurem, ut adcurate indagaremus,+ quod virtuti tuae patebit, o φιλόκαλε.

Donatur: ἐκ τῶν Θεοδώρου, φράσις τῶν παρὰ περὶ Ἡμερίου χαρτουλαρίου.

+ ea, de quibus nos rogasti;

Cum in Cynegium quondam venissemus, una cum Himerio, illustri illo Chartulario, quem supra memoravimus, ut ~~illas~~ de iis, quae ibi reperiebantur imaginib. describeremus, unam in illis simulacrum invenimus, longitudine,

v. not. ad Codin.

quidem parvum, latitudine vero, atque am=
plitudine magnum. Quod cum ego admirarer,
nec de simulacrûm describer quidquam ~~narrarem~~,
referrem, ait Himerius mirabundus et ipse,:
„quisnam Cynegium condidit?„ Cumque resp[on]=
dissem: „Maximianus condidit, et Aristides
dimensus est„, confestim statua ex alto delapsa, ~~et~~
Himerium~~que~~ percussit, qui statim interiit.
Tum ego perterritus, eo quod nemo ibi adesset,
praeter mulorum nostrorum custodes, qui et i=
psi erant subter scalas, timens ne in discrimen
inducerer, illum per dextrum pedem trahens, inter
reos ~~eos~~ qui morte mulctati fuerant, projicere
conatus sum. Sed pondus non sustinens, eo in
ore fossae relicto, abii, et ad magnam Eccle=
siam confugi. Cumque factum, prout vere ac=
ciderat exposuissem, fidem non inveni, do=
nec rem jurejurando confirmarem; Et eo quod ~~cum~~
recte me gerere ~~dunt~~ curarem ~~solum~~, dun=
taxat cordi esset. Defuncti igitur Himerii
propinqui, atque Imperatoris familiares, mecum
venerant in locum, et priusquam ad viri ca=
sum videndum accederent, lapsum statuae
considerantes mirati sunt. Ioannes autem qui=
dam philosophus, ~~ait~~: „per divinam provi=
dentiam obtestans ait, se in Demosthenis scri=
ptis illud reperire, fore ut vir illustris ~~virum~~ a signo
illo perimeretur ~~ici~~. Quod cum Philippicus Im=
perator certo comperisset, signum illud in eodem
loco, terra obrui jussit, sicut et factum est, cum
statua ipsa destrui non posset. His, o φιλό=
καλε, diligenter investigatis, o ne in periculum
inducaris ora, statuisque veteribus, prae Grae=

cis praecipue, intentis oculis adpropingua.

Theodori item Lectoris, mulierum recen=
sio.

~~Statua~~ ~~Ber~~ Verinae uxoris Leonis magni, prope Sanctum Agathonicum, super ~~Gradus~~ gra=
dus, in columna aenea. Item statua ejusdem in Anemodulio, ad Austrum, prope San=
ctam Barbaram. Et prima quidem ex his, quae est prope Agathonicum, vivente adhuc Verinae viro ~~cond~~ posita fuit. Quae autem est supra sanctam Barbaram, condita fuit post mortem Leonis viri sui, et Zenonis generi sui fugam, quando Ba=
siliscum fratrem suum coronavit, clamante Prasina factione: „Verinae orthodoxae Hele=
nae multos annos:„ erat enim valde ortho=
doxa cumprimis.

Statua Euphemiae uxoris Iustini Thra=
cis in Olybrii ~~domo~~ regione, prope templum sanctae Euphemiae, quod ipsa aedificavit. Haec statua parvo quidem adscensu est, sed multo auro obducta.

Statua ~~Arcadiae~~ ~~secund~~ Eudociae uxo=
ris Arcadii, ingens admodum, et statua Pul=
cheriae filiae ejus, itemque aliarum duarum ejusdem filiarum statuae argenteae. Alia praeterea Eudociae statua in columna ae=
nea, et alia item in foro Augustali +

+ cujus caussa Chrysostomus per=
sequutiones passus est.

Arcadia ~~secunda~~ Statua Arcadiae, se=
cundae Zenonis uxoris, prope gradus, qui voca=
tur Topi, in regione Sancti Michaelis Archan=
geli: ~~et~~ ubi Zeno eos, qui Basilisci partes sequu=
ti fuerant, judicavit, et locum, secretum fecit. Item statua primae uxoris ejus Ariadnae, u=
na cum illa ejusdem Zenonis, ad portam

‡ propè ambulacrum Palatii,
+ inclytæ

rectigiam.

In Paulo supra in eadem Chalce‡, statua+ Pulcheriae. Supra ea Chalcem in milliario ad Orientem, supra fornicem, statuae Constantini, et Helenae: ubi etiam crux est, cujus in medio est fortuna urbis.

In eodem milliario Statua Sophiae uxoris Justini, qui Justiniano Maximo successit, aliaeque tum Arabiae filiae ejus, et Statua, et alia item Helenae uxoris Sophiae, elegantissime prorsus inaurata. Statua Arcadii, et Theodosii filii ejus prope Statuam Theodosii Patris, ambae equestres, quae tum positæ fuerunt, cum annonae datæ sunt multae, praecipue vero Prasinae factioni, clamante populo: « Filius Theodosii, Constantinum superavit. »

In tribunali Palatii Statuae Eudociae uxoris Theodosii, et Theodosii junio nepotis, ac Marciani, et Constantini. Quo in loco plurimae saltationes factae sunt a Prasinae, et Venetæ factionis, usque ad Heraclium.

Fragmentum ejusdem:

Ex Anonymi Collectaneis de Anastatiquitatibus Constantinopolitanis segmento 190. et 191.

Ex iis, quae habet Theodorus Lector, Chronographus, inter Lectores connumeratus.

Jupiter sol, in eodem loco est in curru marmoreo ec. Vide Combefis origin. Constantinopolitan. pag. 19. ubi hic locus latine versus occurrit.

Fragmentum ejusdem: ex

Ex Anonymi Collectaneis de Originibus

Cons Antiquitatibus Constantinopolita=
nis segmento 206.

Sed et Arcadii, atq. Honorii (statuę)......
terrae, ut ait Theodorus.

Historia Euthymiaca.

Locus satis prolixus a Damasceno producitur ex libro tertio Historiae Hs Euthymiacae, quae sane quaenam fuerit, quidve complexa, nec meum est definire, nec alius quispiam fortasse facile pronunciabit. Lambecius equidem putavit opus illud ex tribus constitisse vitis a Cyrillo Scythopolitano cōscriptis, altera quidem Euthymii Abbatis, altera Sabae, altera vero Joannis Silentiarii, et Euthymii vitam in primo Historiae Euthymiacae libro, subsequentes in libro secundo, et tertio contentas fuisse. Euthymiacam autem Historiam illam ita adpellatam censet, eo quod de Euthymio precipuae ageret, et a Cyrillo Scythopolitano Monasterii S. Euthymii Monachum auctorem adgnosceret, hic vero ex eodem Monasterio maximam rerum, quas retulit, partem accepisset. Verum ea, que + ex tertio ejusdem Historiae libro, in quo Joannis Silentiarii vitam contentam fuisse putat Lambecius, ad Joannem ipsum nullatenus pertinent, nec ∓ in ejus vita, quā a Cyrillo Scythopolitano exaratā quam adhuc habemus. Ea pariter, que ex Historia Euthymiaca refert Nicon Monachus in Pandecte Manuscripta, ad Euthymium, vel Sabam, aut Joannem Silentiariū minime spectant. Ideo Lambecii sententiam rejecit Cotelier in notis ad tertium Monumentorum Ecclesiae Graece tomū, quem sequuti sunt Le Quien, (Le Quien, ad S. Joan. Damasc. in Serm. II. in dormition.

+ Damascenus profert

∓ leguntur

SS. Virg. Mariae; Cap. 18.) et Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 41. §. 3.) licet hic priusquam rem adtente consideraret, Labbecio adsensus foret. (Idem, l. c. Lib. 5. Cap. 11. §. 7.) Igitur de hac Historia igitur Euthymiaca id tantum dicere possumus, eam non ante quinti saeculi finem conscriptam esse; nam Marcianum, τῆς θείας λήξεως = divinae memoriae = Imperatorem in ea vocat gatur; ac praeterea in eadem laudabatur Pseudo-Dionysius Areopagita, cujus opera nonnisi + post Zenonis imperium edita fuisse videntur sunt. Ante saeculum nonum, aut saltem non valde post ejus initium Historiam illam prodiisse, liquet patet ex eo, quod Damasceno innotuerit. Porro falsus est Caveus, qui de ejusdem Damasceni sermonem, in quo Euthymiaca Historia laudatur, pseudepigraphum judicavit, eo quod, ut ait, Euthymius, qui Alexio imperante vixit, ibi memoretur: siquidem Euthymiuse Zigabenum, cum Auctorae Historiae Euthymiacae perperam confudit.

+ adulto jam, aut senescente saeculo quinto, immo, ut censet Le Quien, nonnisi

Fragmentum Libri III. Capitis XL. Historię Euthymiacę.

Ex S. Joannis Damasceni Sermone II. in dormitionem S. Virginis Mariae Capite 18.

Quod autem haec ita se habeant, patet ex Euthymiacae Historiae Libro tertio, Capite quadragesimo, ubi haec ad verbum scripta sunt: „ superius dictum est, plures Constantinopoli Ecclesias Sanctam Pulcheriam Christo aedificasse. Harum una illa est, quae in Blachernis extruxit, initio imperii Marciani, divi=

nae memoriae. Cum isti igitur laudatissimae, ac sanctissimae Dei genitrici, Mariae perpetuoque virgini Mariae, venerandam ac illic aedem condidissent, omnique ornamentorum genere decorassent, sanctissimum Virginis corpus, ac quod Deum excepit, exquirebant; adcersitoque Iuvenali Hierosolymorum Archiepiscopo, cum episcopis Palaestinae, qui tum ob Concilium Chalcedone congregatum, regia in urbe versabantur, talia ad eos fati sunt: „ Primariam, atque eximiam sanctissimae Dei Genitricis Mariae semper virginis Ecclesiam Hierosolymis esse audivimus in loco qui dicitur Gethsemane, ubi corpus ejus, quod vitam tulit, in loculo repositum est. Volumus igitur reliquias istas huc adferri, ut regiae huic civitati praesidio sint. „ Ad quae Iuvenalis haec respondit: Equidem in sacrae, ac divinitus inspiratae Scripturae libris, nihil de morte Sanctae Dei Genitricis Mariae nihil legitur: ex antiqua tamen, ac verissima traditione comperimus, quod gloriosae dormitionis ejus tempore, sancti Apostoli universi, qui ad gentium salutem procurandam, orbem peragrabat, puncto temporis in sublime elati, Hierosolymam convenerunt; cumque illic adessent, visio eis adparuit angelica, supernarumque potestatum divina melodia ab illis audita est. Atque ita cum divina, ac coelesti gloria, sanctam animam suam Virgo in manus Dei commendavit, ineffabili quodam modo. Ejus autem corpus, quod Deum susceperat, cum Angelica simul,

atque apostolicâ melodia (cantu translatum,) in sepulchro Gethse=
mani conditum est: quo in loco, trium dierũ
spatio, Angeli choros agere, et canere num=
quam destiterunt. Post tertiam autem vero di=
em, Angelico cantu cessante, Apostoli, qui a=
derant, & cum unus qui ex illis deerat Tho=
mas, post diem tertiam advenisset, et corpus,
quod Deo hospitium praebuerat, adorare vellet
tumulum aperuerunt. Et corpus quidem (virginis) ejus
laudatissimum invenire non potuerunt, lintea
vero jacentia cum repperissent, quae eos inenar=
rabili odore perfundebant, sepulchrum clau=
serunt. Tum mysterii prodigio perculsi, id
tantum cogitare potuerunt, quod cui pla=
cuit propria in persona carnem sumere,
atque et ex Maria homo fieri, et in carne
nasci Deus Verbum, et Dominus gloriae; qui=
que post partum, virginitatem ejus incorruptã
servavit; ipse postquam migraverit imma=
culatum illud, impollutumque corpus, incorru=
ptione, et translationem, ante communem o=
mnium resurrectionem honorare voluerit. Cum
Apostolis autem tum aderant Timotheus = san=
ctis venerandissimus, apostolus et ipse, ac pri=
mus Ephesiorum episcopus; nec non Diony=
sius Areopagita, sicut vir ille magnus te=
statur in his, quae de beato Hierotheo, qui
tunc itidem aderat, scripsit ad praedictum
Apostolum Timotheum scripsit, ita fatus: Quo=
niam apud ipsos quoque a Deo adflatos
antistites nostros, quando et nos, ut nosti,
et (ille etiam et etiam) multi = ex sacris nostris fratribus, ad in=
tuendum corpus, quod vitae principium dede=

rat, convenimus: (aderat autem et Domini frater Iacobus, et Petrus, supremus, ac praestantissimus Theologorum vertex x) tum viso corpore, placuit Pontificibus singulis, omnibus, infinitam divinę potentiae bonitatem, prout quisque poterat, hymnis celebrare. Post Theologos vero, alios omnes alios, ut nosti, sacrorum praecones ille superabat, totus excedens, totus extra se raptus, atque ita adfectus, ut cum his, quę canebat copulatus videretur, et ab omnibus, a quibus audiebatur, videbaturque, aut noscebatur, vel non, numine adflatus, et divinus vates censebatur. Quid vero de his, quae ibi super divinis dicta sunt, ad te referam? cum ipse nisi mei oblitus sim, nonnullas etiam divinorum illorum cantuũ partes, saepe et te audivisse me noverim. His igitur auditis, Iuvenalem Archiepiscopum Imperatores petierunt, sanctum illum locum [lum,] una cum vestibus, quę in illo erant, gloriosae, et Sanctissimae Dei Genitricis Mariae sigillo communitum, ad se transmitti; missũmque deposuerunt in veneranda aede Dei Matris, quę in Blachernis sita est. Atque haec quidem ita gesta sunt."

Ponatur καὶ οὐκ ἐγινώσκετο, ut est ap. Dionys. et in versione Le Quien.

Fragmentum ejusdem operis:

Ex Niconis Pandecte interpretationum mandatoriũ Domini.

[In Cod. Reg. Parisien. 2423. et 2424.]

Ex Historia Euthymiaca.

Sanctus, beatusque Flavianus, post beatũ Proclum, Constantinopolitanum Episcopatum suscepit. Chrysaphius quidam Eunuchus pala=

tii Theodosii minoris, Flaviani ordinationem in=
videns, bono Imperatori suggesit ~~op~~ ut Patriar=
chę mandaret, pro ordinatione suę munera
mittere. Flavianus igitur mundos panes mi=
sit in munera. Declaravit vero Chrysaphius,
Imperatorem auri pecuniam postulare. Re=
spondit Episcopus, se pecunias non habere,
quas mitteret, nisi aliqua ex sacris cimeliis
mutuaretur. Cunctas vero Ecclesiastę faculta=
tes pauperum usui fuisse consecratas. Magna
igitur ex his amaritudo exorta est, nihil ho=
rum resciente Pulcheria.

Hoc fragmentum primus edidit Cotelier, in no=
tis ad tomum tertium Monumentorum Ecclesię
Graecę. Latine deinde vertit Le Quien, in no=
tis ad Damasceni sermonem secundum de in
dormitionem Deiparae, ex quo petitum est a=
liud Historiae Euthymiacę fragmentum, quod
supra antea recitavi.

Notae, et Emendationes in Fragmenta superius adlata.

Pag. 10. Ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τῆς Σιδῆς) Legendum fortasse est: αὐτοῦ, pro: αὐτῇ.

Pag. 12. Et aliis apud eos saeculis) Desunt prima verba: =et aliis= apud Pelagiũ II. Papam, qui hunc locum exhibet.

Ibid. Instabilis voluntate) Pelagius II. habet: =instabili.=

Ibid. Omnes de Domino praedicationes abnegantem) Legendum videtur: =praedicationes,= nam liber, de quo hic loquitur Hesychius, a Theodoro Mopsuesteno, scriptus fuerat, ut ipse ait, =contra in prophetiam psalmorum.=

Ibid. De quo ad Colossenses scripsit epistolam) Rectius fortasse apud Pelagium II. legitur: =epistola.=

Ibid. Omnia sunt creata) Pelagius ipse habet: =creata sunt.=

Ibid. Et in caelis, et in terra) =In caelis, et in terris= habet Pelagius.

Ibid. Quod per eum, et in eum creata sunt omnia, et ipse est ante omnia) Apud Pelagium legitur tantum: =quod per eum creata sunt omnia:= sequentia omittuntur.

Ibid. Pag. 14. Ἕως τῆς γεννήσεως) Codex Bodlejanus habet τῆς Χριστοῦ γεννήσεως; et vocem Χριστοῦ adgnoscit etiam latina hujus fragmenti editio Hervetiana.

Ibid. Pag. 14. Ὥρα Ἐν τῷ μβ'. ἔτει) Codex Bodlejanus habet: ἐν γὰρ τῷ μβ'. ἔτει.+ Hervet legit: κβ'. pro: μβ'.

+ Ita et Mediceo-Laurentianus.

Ibid. Ὥρα ζ´.) Hervet legit: γ´.

Ibid. Ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, καὶ σταυρώσεως, ,ϛ´.) Hic et infra, plurics Hervet ~~pluries~~ legit: ,ε´.

Ibid. Καὶ ἀπὸ τοῦ Φαλὲκ) In Codice Bodlejano deest: τοῦ.

Ibid. Ἔτη ,εϡξζ´.) Idem Codex habet: ,αξζ´. quam lectionem adgnoscit etiam etiã latina versio Hervetiana. Sed recta supputationis ratio postulat ut scribatur: ,βϡξζ´ = 2967.

Ibid. Καὶ ἐξ ἧς ὑπέπεσε τῇ ἁμαρτίᾳ) Codex Bodlejanus habet: καὶ ἐξ αὐτῆς ὑπέπεσεν

Ibid. Καὶ τῇ ϛ´ ἡμέρᾳ τῆς χιλιάδος) Hervetiana versio habet: = et quinta in die millenario. = +

Pag. 15. Ibid. Ὁμοφρονήσαντες) In Codice Bodlejano legitur: ὁμοφωνήσαντες.

Ibid. Ὅτι τῇ ϛ´ χιλιάδι) Τῇ ε´ legit Hervet.

Ibid. Τῶν ϛ´ ἡμέρων τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ) Haec verba in Hervetiana versione expressa non occurrunt.

Ibid. Ὅτι τῷ ,εφ´ ἔτει) In Codice Bodlejano deest ὅτι.

Ibid. Συμφωνοῦσιν περὶ τούτου τινὲς) Hic locus corru mutilus, ex Hervetiana versione, et Bodlejano Codice ita restituendus est: συμφωνοῦσιν φανῆναι τὸν Κύριον. Εἰ γὰρ καὶ διαφωνοῦσι περὶ τούτου τινές. ‡

Ibid. τὸν Κύριον ἄνθρωπον) Deest postrema vox in Codice Bodlejano.

Ibid. Pag. 14. Ὑπὸ δὲ ταύτην τὴν ὑπατείαν) Quibus Consulibus haec adciderint,

+ Pag. 15. Καὶ Κλήμης, καὶ Θεόφιλος) Clemens, et Theophilus Chronographi laudantur tum alibi, tum in Codice Bibliothecae Vaticano-Palatinae 277. saeculo octavo, vel nono exarato, ubi legitur Chronicon cum hac inscriptione: = Incipit namque historia Chronica, quod etiam pari modo explicuerunt Clemens, et Theophilus dilectissimi Dei Episcopi Chronographi, et dilectus autẽ Dei Chronographus Eusebius Pamphilien-sis. =

‡ Εἰς τὸ ,ϛ. ἔτος φανῆναι) Non bene Codex Medicaeo-Laurentianus habet: παθῆναι.

quae refert Theodoretus, indicat Victor Tunnunensis in Chronico. =Ioanne, inquit, Scytha, et Paulino Coss. Olympius quidam Arianus in balneis, quae Elianae vocantur, ad Regiam urbem, Sanctam, et consubstantialem Trinitatem blasphemans ..... vitam impie, simulque prodigiose finit.=

Ibi Pag. 19. Τὸν βαδιστὴν παραχορεύοντα) Assentior Valesio legenti: παραχορεύων. Billy emendabat: καλέσας τὸν βαδιστήν.

Ibid Pag. 20. Καὶ τρεῖς σίκλας θερμοῦ) Emendat Le Quien: σίτλας, idest, =situlas=. Sed nihil mutandum. Nam et σίκλα dici potest, uti liquet ex Zaccharia Papa, qui illa Gregorii Magni verba: (S. Gregorius Magnus Papa, Dial. Lib. 1. Cap. 1.) =cum situla lignea= ita vertit: μετὰ ξυλίνης σίκλας. Et Victor Tunnunensis de ipso Olympio, de quo hic agit Theodoretus, ait: =tribus ignis siclis, Angelo ministrante, invisibiliter in piscina frigidae aquae perfusus.= Vox =Sicla= ad quamdam capacitatis mensuram significandam sumebatur, uti constat ex Du Cange Glossario mediae et infimae ~~Graecitatis~~ Latinitatis.

Ibid. Συνεξέπαιρον πάσας τὰς σάρκας αὐτοῦ) Mallet Le Quien: συνεξέπηρον.

Pag. 22. Ibid. Παράσσι λάμπρῳ ἠμφιεσμένον) Valesius scribendum censet: παραγαύδει. De Paragaude, quae genus vestimenti erant pluribus habent Casaubonus in notis ad Trebellium Pollionem, Salmasius, aliique.

Pag. 26. Ἃ πρὸς τὴν Ἀντιόχου ἀπεκομίσθη) Delendum videtur ἃ.

Ibid. Ἐπιμελήσασθαι τούτων) Vale=sius legit: τοῦτον, idest, τὸν Βασιλέα.

Pag. 27. Μετὰ Σευήρου) Legendum: περὶ Σευήρου.

Pag. 29. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου) Respicit Anonymus ad Eusebii Historiae Ecclesiasticae Librum septimum, Caput duodevigesimum.

Ibid. Τὴν αἱμόῤῥουν) Legendum cum Lambecio: τὴν αἱμοῤῥοῦσαν.

Pag. 38. Μετὰ Μακεδόνιον αἱρετικὸν) scribendum: αἱρετικοῦ.

Ibid. Τοῦ καὶ Αἰλούρου) Perperam: nam quæ sequuntur non ad Timotheum Aelurum, sed ad Timotheum alterum, Episcopum Constantinopolitanum pertinent.

Pag. 42. Ἐν ᾧ τί τὸ δίκαιον ἐστὶ) Legit Valesius: ἐν ᾧ καὶ τί, atque haec a superioribus sejunxit, ita interpretatus: = In quo, et quid sit justum. =

Ibid. Πεπλανημένης) Legendum πεπλασμένης = conficta. =

Pag. Ibid. Ἄρτι) Rescribendum: τετάρτη.

Ibid. Μετὰ τῆς ὑπατείας) Desunt hic nomina Consulum. Εὐσεβίου, καὶ Ὑπατίου post ex Gothofredo reponebat Suaresius.‡

‡ et fortasse ἐπὶ scribendum, pro: μετὰ.

Pag. 43. Ἐκ τῶν Θεοδώρου, φράσις τῶν περὶ Ἡμερίου Χαρτουλαρίου) Pessime legebatur: ἐκ τῶν Ἡμερίου Χαρτουλαρίου, φράσις τῶν παρὰ Θεοδώρου. +

+ Ibid. Τῆς ἀρετῆς) Scribo cum Lambecio: τῇ σῇ ἀρετῇ.

Ibid. Καὶ παχεῖαν) Haec verba tum ex Anonymo hoc, tum ex Suida (Suidas, Lex. art Κυνήγιον.) reponenda sunt apud Codinum.

Pag. 44. Φησὶν ὁ Ἡμέριος· καὶ „ θαύμαζε, ὅτι ὁ κτίσας τὸ κυνήγιον ἐστὶν„) Hic locus valde corruptus ex Codini Codice Vaticano ita emendandus est: φησὶν ὁ Ἡμέριος καὶ αὐτος θαυμάζων „ ὅστις ὁ κτίσας τὸ κυνήγιον ἐστὶν; „ ut ex Theodori responsione patet.

Ibid. Καὶ παρ' αὐτὰ θαναθτῶσαι) Emendat Lambecius: καὶ παραυτίκα.

Ibid. Καταλέγων) Idem legit κατ' ἀγγέλλων.

Ibid. Καὶ οἱ τοῦ τοῦ Βασιλέως φίλοι) Malo cum uno ex Codini Codicibus legere: { καὶ οἱ φίλοι (τοῦ τελευτήσαντος,) καί τινες τοῦ Βασιλέως. Quam lectionem confirmant Suidas,* apud quem, omissis verbis: καὶ οἱ φίλοι, legitur: καί τινες τοῦ Βασιλέως.

* (Idem, l.c.)

Ibid. Πρὸ τοῦ τὸ πτῶμα τοῦ ἀνδρὸς προσεγγίσαι) Scribendum: πρὸ τοῦ τῷ πτώματι. +

Ibid. Καταχῶσαι τῷ αὐτῷ ζωδίῳ) Reponendum, ut patet: τὸ αὐτὸ ζώδιον, atque ita scriptum est apud Codinum.

\+ * Ibid. Φιλιππικοῦ) Male Philippus, pro Philippico habetur apud Codinum.

Pag. 45. Ἐν τοῖς Αὐγουστείοις) Emendat Lambecius: ἐν τῷ Αὐγουστείῳ = in foro Augustali. = *

* Δι' ἣν ὁ Χρυσόστομος ἐσκευάσθη) videnda quae hac de re habent Socrates, (Socrates, Hist. Eccl. Lib. 6. Cap. 18.) et Sozomenus. (Sozomenus, Hist. Eccl. Lib. 6. Cap. 20.)

Pag. 46. Ibid. Καὶ σταυρὸς... μέσον τοῦ σταυροῦ τῆς πόλεως) Hunc locum ex Codino (Codinus, de Origin. Constantinopol. segm. 39.) ita restituit Lambecius: καὶ σταυρὸς, καὶ μέσον τοῦ σταυροῦ ἡ τυχὴ τῆς πόλεως.

Ibid. Ἐν τοῖς πλησίον Θεοδοσίου στήλη) Scribendum: στήλης.

Ibid. Ἐν τῷ παλατίῳ τῷ τριβουναλίῳ)

Ἐν τῷ τριβουναλίῳ τοῦ παλατίου) habet Codinus, (Idem, l. c. segm. 41.) ex quo Anonymi hujusce locus emendandus est.

Ibid. Τοῦ ἔγγονος Θεοδοσίου) Legendum: τοῦ ἐγγόνου.

Ibid. Ἀναρωσθεὶς ἀναγνώσμασιν) Scribendum putat. ~~Vales~~ Lambecius: ἀναγνωσθεὶς, idest, = notus. =

Ibid. Ἐν ἅρματι μαρμαρευθέτῳ) Placet Lambecii emendatio: ἐν ἅρματι μαρμαρείῳ ἐθέτη.

Ibid. Ὁ ἀπὸ λύκου μυκολατρευόμενος) Προσαγορευόμενος legendum suspicatur Lambecius.

Ibid. Ἐν αὐταῖς δρακαιναι ἡ.) Reponendum conjicit idem auctor: ἔνθα καὶ δράκαιναι ἡ.

Ibid. Καὶ αἱ Κυννυ κιννύραι) Lambecius rescribendum censet: κιννυρίδες, idest, ut ait Hesychius: τὰ μικρὰ ὀρνιθάρια.

Pag. 51. Τοῦ ζωαρχικοῦ) Apud Pseudo-Dionysium Areopagitam, Libri de divinis nominibus Capite tertio, §. secundo, additur: καὶ θεοδόχου.

Pag. 52. Τῆς θεαρχικῆς εὐσθενείας) ~~Perperam~~ ~~ad~~ Apud Pseudo-Areopagitam, scriptum est: ἀσθενείας, atq. ita legit et Maximus.

Ibid. Καὶ θεῖος ὑμνολόγος) In Pseudo-Dionysii exemplaribus male omissa est conjunctio.